

IV. Ex his patet, visionem Dei non posse esse connaturali alicui substantie create. Primo quia talis substantia deberet esse supernaturalis, si ab ea naturaliter emanaret lumen ad videndum Deum, quod est undequaque supernaturalis, sicut supernaturalis est ipsa visio; repugnat autem substantia, que fit creata, & supernaturalis, ut dicebam. Secundo quia operatio, vel proprietas, que est supernaturalis absolute, & simpliciter, non potest naturaliter emanare, & produci ab aliqua natura creata, aut creabilis, alias non esset supernaturalis, quia non esset supra vires totius nature create, & creabilis.

Quod magis urgeo. Si enim lumen glorie, & visio Dei transcenderet quidem vires totius nature de facto create, non autem illius nature creabilis, a qua naturaliter emanaret, non esset amplius absolute, & simpliciter supernaturalis, sed solum respectivo ad naturas de facto creatas, eo modo, quo videtur Angelum esse supernaturale homini in hoc statu, aut sicut eidem supernaturale est volare.

V. Tertio probatur ex variis inconvenientibus, que sequerentur. Primo enim substantia supernaturalis, cui conaturalis esset videre Deum in se, haberet connaturalem, immo forte esset ipsamet gratia sanctificans, & consummata, ex qua naturaliter emanaret lumen glorie, charitas, & cetera dona supernaturalia, & consequenter esset per naturam sancta, & impeccabilis. Secundo posset gratiam, & alia dona in aliis principaliter producere, sicut ignis per naturam calidus potest in aliis calorem producere. Tertio naturaliter cognosceret futura, secreta cordium &c. quia non esset ratio, cur illi esset conaturalis lumen glorie, quod majus est, & non lumen propheticum, quod est minus. Quid ergo illi deest, ne esset Deus, cum scriptum sit *Ista 41. vers. 23. Annuntiatio que ventura sunt in futurum, & sciemus que dixit esse vos?* Denique, cum visio Dei saltem naturaliter fiat per omnem divinam essentiam cum vidente, illa natura, que naturaliter videtur Deum, poterit divinam naturam sibi naturaliter uniri; atque natura divina non potest naturaliter uniri substantie create ad intelligendum: sicut nec substantia divina ad subsistendum, Ergo &c.

S. III.

Respondetur objectioni.

VI. Primo obijciat. Divina attributa, v. g. ratio sapientie, amoris, &c. participantur a creaturis, & ideo dicitur in eis lumen glorie, & charitas supernaturalis create; ergo similiter divina substantia poterit in creatura participari, & sic dari substantia supernaturalis create.

VII. Respondetur, distm. anteced. participantur participatione accidentali, concedo antecedens: substantiali, nego antecedens; & consequenter. Immo sicut, esto sapientia, & amor in Deo sunt ipsamet substantia supernaturalis Dei, in creaturis tamen non participantur secundum modum essendi substantialiter, sed solum accidentaliter: ita substantia Dei, ut in se, non potest participari secundum modum essendi substantialem, quem habet in se, sed solum accidentaliter. Quare gratia habitualis, que est formalis participatio divinæ substantie, accidens est, & non substantia.

Dices. Dantur ergo accidentia supernaturalia create: at cur non poterit similiter dari substantia supernaturalis create?

VIII. Respondetur, rationem esse, quia substantia datur, ut per se fit, & suarum operationum principium: ideoque si aliqua substantia create esset supernaturalis, ista esset principium per se operationum supernaturalium, radix proprietatum supernaturalium, luminis glorie, charitatis &c. que solius Divinæ Substantie propria sunt, ut a creaturis distincte. At accidens non datur, ut per se fit, sed ut alteri insit, non ut per se operetur, sed ut faciat aliud operari, & sic id, quo, vel operatur, vel fit potens operari. Sic autem se habent gratia, & lumen glorie. Gratia enim recepta in anima, tamquam divinæ nature formalis participatio, constituit illam in esse supernaturali potenter elicere operationes ordinis supernaturalis. Lumen autem glorie, quasi radius divini luminis, in mente create recipitur, cum elevat ad unionem cum Deo, ut cognoscibilis, estque id, quo reditur potens ad visionem, & quapropter adhuc limitata, & finita sunt: tum quia sunt Dei formalis participationes: tum quia in potentia create recipiuntur. Horum autem neutrum haberet substantia, si supernaturalis esset, ut dictum est.

IX. Secundo obijciat. Substantia supernaturalis non repugnat; nec quia substantia, quia substantia divina supernaturalis est; nec quia create, gratia enim, & lumen glorie eunda create sunt, & tamen sunt supernaturalia; neque ex parte utriusque simul, quia non est repugnancia in conjunctione duorum, quando non est ex parte alicujus extremi.

Respondetur, repugnanciam substantie supernaturalis create potest ex conjunctione substantie cum supernaturalitate in natura create, cum esse creato, sed cuique accidit debet correspondere suum subiectum conaturale, & consequenter supernaturale; ergo non repugnat substantia create, que fit supernaturalis.

XI. Respondetur, dist. min. cuique accidenti orto ex principis subiecti, debet &c. conc. min. derivato in subiectum a principio superiori, nego min. & conf. Nihil enim probat hoc argumentum, quia probat, quod, cum de facto accidentia supernaturalia recipiantur in anima, & in substantia, huic

de facto essent conaturalia, & proinde hæc de facto esset supernaturalis.

Dicendum ergo est, quod esto accidentia, que oriuntur ex principis subiecti, habere debent subiectum conaturale, a quo oriuntur, & in quo sunt; Et tamen, que derivantur a natura superiori, & sunt elevationes nature inferioris ad altiore operationem, non respiciunt subiectum conaturalitatis, sed tantum obedientie, & capacitatis, nec petunt, subiectum esse in eodem ordine, in quo ipsa sunt, alias non essent elevantia subiectum ad ordinem altiore; neque suam supernaturalitatem accipiunt a subiecto, quod elevat, sed a natura superiori, cuius participationes sunt.

XII. Tertio obijciat. Potest Deus producere intellectum creatum habentem naturaliter tantas vires, quantas habet intellectus lumine glorie perfusus; sed iste naturaliter videtur Deum; ergo &c. Major probat. Intellectus creatus simul cum lumine glorie quid finitum est; ergo Deus, qui potest intellectum perfectiorem, & perfectiorem in infinitum producere, devenire potest ad unum intellectum, qui sit tante perfectionis, quantæ est intellectus perfusus lumine.

XIII. Respondetur, neg. major ad cuius prob. distm. antecedens, quid finitum, ordinis tamen superioris, conced. antecedens; eisdem ordinis, nego antecedens. Cum ergo intellectus lumine glorie perfusus sit in ordine superiori, & supernaturali; & quilibet intellectus, quem Deus crearet, esset ordinis naturalis hinc fit, ut nullus unquam adequaret intellectum perfusum lumine glorie. Quia nulla res ordinis inferioris pervenire potest in perfectione creatæ, ad gradum superioris pervenire potest. Sic nulla res corporalis potest Angeli perfectionem attingere, & cognitio, fit autor Dei naturalis, quamvis augeatur, nequit pervenire ad perfectionem cognitionis, & amoris Dei supernaturalis.

XIV. Quarto obijciat. Modus substantialis unionis, qui secundum aliquos datur inter verbum, & humanitatem Christi, est creatus, & supernaturalis; ergo non repugnat substantia supernaturalis create.

Respondetur distinguendo consequens, substantia supernaturalis create incompleta, & se habens ut quod, transeat consequens: completa, & se habens ut quod, & per se subsistens, nego consequens. Unio ergo Verbi divini cum humanitate (dato quod datur ad extremis distincta) cum sit ens incompletum, & ordinatum ad unendum Verbum cum humanitate, seu id quo formaliter natura create unitur nature supernaturali, potest esse creatum; & adhuc supernaturale, sicut & accidens, quod sequatur inconvenientia relata. At substantia completa supernaturalis non est id quo, sed id, quod conaturaliter uniretur essentia divina, ut obiecto; & quod conaturaliter haberet lumen glorie, & visionem beatificam, que solius Dei propria sunt, ut diximus.

DE VERBO III.

An ratione naturali cognosci possit, visionem Dei esse possibilem, & an hæc possit naturaliter appeti.

S. I.

Resolvitur prima pars.

I. Deo primo. Solo lumine nature non potest demonstrari, visionem claram Dei esse possibilem. Probatur. Quia lumen naturale solum nobis potest ostendere id, quod naturale est, & cum effectibus naturalibus connexionem haberet; sed visio Dei, utpote profus supernaturalis nullam cum effectibus naturalibus connexionem habet, quia supernaturale dicitur illud, quod est supra totam naturam, & supra totam nature exigentiam; ergo &c.

II. Probatur secundo a posteriori. Si possibilitas visionis Dei posset ex principis naturalibus evidenter cognosci, illam procul dubio aliqui exantiquis Philosophis, quorum non pauci ingenio præstantissimi fuerunt, affectu fuissent; sed, D. Aug. teste lib. 13. de Trin. c. 8. & 9. beatitudinem supernaturalem profus ignoraverunt: ibi enim de hac beatitudine sermonem faciens: *Si fides inquit adit... nullo quæstio est: Humanis quippe argumentationibus hæc invenire conantes, vix pauci magno præditi ingenio, abundantes ordo, doctrinisque subtilissimis auditis, ad indagandum felices animis immortalitate pervenire potuerunt. Cui tamen animæ beatam vitam non invenereunt stabili, id est veram.*

III. Idem testatur D. Thomas 1. 2. quæstion. 109. artic. 1. dicens: *Intellectus humanus habet aliquam formam, scilicet ipsum intelligibile lumen, quod est de se sufficienter ad quædam intelligibilia cognoscenda, ad ea scilicet, in quorum notitiam possumus per sensibilia devenire. Alia vero intelligibilia intellectus humanus cognoscere non potest, nisi fortiori lumine perfusatur, sicut lumen fidei, vel prophetia, quod dicitur lumen gratie, quod est nature superadditum.* Si ergo ad altiora intelligibilia, que cum sensibilibus connexionem non habent, sine lumine fidei, intellectus humanus pervenire non potest, quanto minus ad visionem Dei, que est intelligibile altissimum, cognoscendam pervenire poterit, nisi ad eam per fidem manuducatur? Hinc Divus Paulus 1. Cor. 2. vers. 9. loquens de visione beatifica ait: *neque in eo hominis astutia, que præparavit Deus his, qui diligunt illum.*

IV. Dices primo. Naturaliter evidens est, intellectum posse cognoscere quicquid continetur sub ejus obiecto, sicut naturaliter evidens est, oculum posse omnes colores videre, quia omnes clauduntur sub ejus obiecto; sed etiam naturaliter evidens est, ens in communi abstractans a Deo, & creaturis esse

is esse obiectum intellectus create; ergo naturaliter evidens est &c.

V. Respondetur conc. maj. intellecta de obiecto conaturali, & proportionato, negando min. esto enim naturaliter evidens fit, Deum abstractivè cognoscibilem contineri sub obiecto intellectus create, non tamen Deum, ut clare visibilem: quia ut sic, utpote obiectum supernaturale, excedit vires luminis naturalis. Et quamvis certum esse lumine nature, ens abstractans a Deo, & creaturis esse intellectus create posse attingere Deum clare, & intuitive, & non solum abstractivè.

Neque Angelus, cui comprehendat intellectum humanum, potest naturaliter cognoscere, illum posse elevari ad visionem beatificam, & proinde hanc esse possibilem. Nam Angelus comprehendit quidem potentiam naturalem intellectus humani, & cognoscit omnes actus, quos potest naturaliter elicere, non tamen comprehendit ejus potentiam obedientialem, seu actus, ad quos potest elevari, ideoque non cognoscit certo, illi esse possibilem visionem Dei. Potentia autem obedientialis, esto entitative naturalis fit, immo ipsa natura intellectus, terminative tamen supernaturalis est: ideoque viribus nature terminus ejus cognosci nequit.

VI. Dico secundo. Viribus nature potest aequaliter ostendi, Visionem Dei non esse impossibilem, sive asserendo rationes, que licet non sint demonstrativæ, sunt tamen congruentes, & probabiles, sive etiam solvendo argumenta, que contra ejus possibilitatem fieri possunt. Hanc conclusionem statuo: tum conformiter ad ea, que de possibilitate Incarnationis docent Theologi; tum ut concilium, nedum discrepantes Thomistarum sententias, sed ipsum D. Thomam cum se ipso. Item S. Doctor ex una parte docet, altiora intelligibilia non posse ab intellectu create cognosci, nisi conseretur lumine fidei, ut ostendimus superius ex 1. 2. q. 102. art. 1. quod confirmat 1. 2. q. 103. art. 1. ubi ait: *videtur Deum per effectum, in quo ultima beatitudo rationalis creatura consistit, est supra naturam cognoscibilem create; ex quo concluditur, quod Angelus in illam beatitudinem voluntate conseritur non potest, nisi per auxilium gratie.* Ex alia vero parte 3. contra Gentiles cap. 50. probat variis rationibus, naturale desiderium substantie separatae non quiescere in naturali cognitione, quam habet de Deo; Unde cap. 51. infert, quod, cum hoc desiderium non debeat esse inane, necesse sit dicere, substantiam Dei esse visibilem ab intellectu create.

Quomobrem, ut hæc omnia componatur, dicendum est, quod rationes, quas D. Thomas adducit in 3. contra Gentiles cap. 50. sunt quidem valde probabiles, & sunt effectivæ ad hominem (ut ajunt) contra Gentiles Philosophos, quos in eo libro arguit, quia sumptæ ex principis ab illis admittis, & etiam sufficientes ad solvendas oppositas objectiones, & consequenter ad ostendendum, visionem claram Dei non esse impossibilem; non tamen sunt demonstrativæ, nec evidenter probant ejus positivam possibilitatem. Quod ostendo.

VII. Prima enim ratio (procedens ex eo, quod, qui habet de aliqua re cognitionem imperfectam, excutitur ad cognitionem perfectam de illa re obtinendam, sicut qui habet de illa: ex qua infert, substantias separatas non quiescere in cognitione imperfecta, quam habent de Deo, sed ex ea excitari ad cognitionem perfectam, & claram) est quidem probabilis, sed non demonstrativa, quia cognitio imperfecta, & cognitio clara non sunt in eodem ordine, sicut est opinio, & scientia de aliqua re, ideoque licet in eo, qui habet opinionem, excutitur desiderium habendi scientiam de illa re, non tamen in eo, qui habet cognitionem naturalem abstractivam de Deo, excitari potest desiderium saltem effectivè videndi Deum clare, nisi prius illi ostendatur, visionem hanc esse ei possibilem: quod non potest illi ostendi, nisi a fide. Dubitare enim potest, an sicut ob excessum sue intelligibilitatis non potest adæquate, & comprehensive ab ulla creatura cognosci, ita nec possit quidditative; nisi aliunde fides ei ostendat modum, quo ejus quidditas infinita finito modo intellectui create uniatur.

VIII. Secunda etiam ratio (sumpta ex desiderio videndi causam, visis effectibus, quod esse inane, & frustraneum, si visio causæ non esset possibilis) demonstrativa non est, quia cum tale desiderium naturale, ut dicemus, non fit effectivè, neque absolutum, sed inefficax, & conditionatum, non probat evidenter visionem causæ esse possibilem absolute, sed solum esse congruentem, & probabiliter: quia, cum hoc desiderium fit valde contentanum nature, & ut in pluribus inveniatur, valde congruum est, non frustrari, & ideo magna congruitate probat possibilitatem rei appetitæ.

IX. Idem dico de aliis rationibus, quas S. Doctor adducit. Quia, cum illis fiat transitus ab ordine naturali ad supernaturalem, non possunt esse medium demonstrativum, & effectivè ad probandam possibilitatem Visionis Dei in se, que supra omnem naturalem rationem est, nisi aliunde per fidem ostendatur esse possibilem, sed solum rationes congruæ, & probabiles, & sufficientes ad ostendendum, eam non esse profus impossibilem.

S. II.

Resolvitur secunda pars.

X. Suppono, pro intelligentia, duplicem esse appetitum, unum innatum, elicicum alterum. Primus est propensio quædam ab Auròre nature indita, qua unaqueque res

absque ulla cognitione in bonum sibi conaturale propendit; Sic lapis propendit ad centrum. Secundus vero (qui propter appetitum est) actus, quo quis fertur in bonum cognitum, sub ratione boni.

XI. Rursus hic appetitus elicitus, vel potest esse effectivè, vel inefficax. Efficax est, quando infert executionem mediocum necessariam ad consequendum finis concepti. Inefficax vero, seu conditionatus, est, quando complacet fibi quidem de fine, sed media ad eum consequendum non procurat. Primus significari solet per verbum *velo*; Secundus per verbum *vallens*. Primus solum fertur ad rem cognitam, ut possibilem; Secundus etiam ad rem non cognitam, ut possibilem; sub conditione tamen, quod fit possibilis.

XII. Dico ergo primo. In homine fecundum pura naturalia considerato non datur appetitus innatus ad videndum clarè Deum. Probatur, quia appetitus innatus est inclinatio nature ad bonum sibi conaturaliter debitum; sed visio beata; seu Deus clare visus, non est bonum conaturaliter debitum homini, vel cuiquamque nature create secundum sua naturalia considerata: in natura enim create nulla est positiva tendentia, sed sola potentia obedientialis ad id quod supernaturale est, qualis est visio clara Dei, ergo &c.

XIII. Dico secundo. In homine, seu quacumque natura rationali create non datur appetitus elicitus, qui sit effectivè, ad claram Dei visionem. Probatur primo. Appetitus naturalis elicitus effectivè sequitur ex naturali cognitione apprehendenda rem appetitam sibi possibilem in praxi; sed naturaliter nequit cognosci visio clara Dei, ut in praxi possibilis: immo neque speculativa saltem cognitione certa, ut vidimus; ergo &c.

XIV. Secundo probatur. Si desiderio effectivè posset appetit visio clara Dei appetitu naturali, posset etiam naturaliter appeti media, per que visio Dei procuratur, nempe gratia, & auxilia supernaturalia, quia, ut vidimus, appetitus effectivè infert electionem mediocum: sed hoc est contra fidem, que docemur, viribus nature, non solum non posse saltem nostram operari, ut oportet, sed neque desiderare, aut velle aliquid ad eam spectans, ut statuitur in Concilio Arausiano secundo anno 529. cap. 7. his verbis: *Si quis per naturam vigoremque bonum aliquid, ad salutem pervenire vult æterna, cogitare, ut expedit, aut eligere, sive salvari, id est evangelica prædicatione: consensio posse confirmari, absque illuminatione, & inspiratione Spiritus Sancti, qui dat omnibus suavitatem in consensiendo, & credendo veritati, hæretico fallitur spiritus, non intelligens vocem Domini in Evangelio dicentis Joann. 15. Sine me nihil potestis facere, & illud Apostoli 2. Cor. 3. Non quod idonei sumus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. Unde D. Augustinus lib. 6. operis imperforati contra Jul. cap. 11. velle inquit justitiam nemo potest, nisi pareatur voluntas a Domino.*

XV. Dico tertio. Homo, vel quilibet alia natura intellectualis create, ad summum habere potest appetitum elicicum inefficacem, & conditionatum clare visionis Dei. Probatur. Hoc enim saltem evincunt rationes superius allatæ ex D. Thoma, & revera; si alicui etiam hæretico, vel infideli proponatur visio Dei sub ratione alicujus magni boni, non repugnat, quod elicit hunc actum: si esse possibilem talis visio, ego vellem illam habere. Et colligitur ex discrimine, quod est inter appetitum inefficacem, & effectivum, quod iste fertur in bonum, quod supponit possibile, & acquiescibile absolute; ille vero fertur in bonum, præscindendo, an fit absolute possibile, sed si esse possibile, illud vellet. Quare aliqui hoc modo plura vellet, que absolute possibilia non sunt, ut semper vivere. Et hoc multo magis de appetitu inefficaci beatitudinis dici debet, qui non est irrationalis, & arbitrarius, sed valde contentanum nature rationali, & propterea ut in pluribus invenitur.

S. III.

Solvuntur aliqua contra hanc secundam partem.

XVI. Obijciat primo contra primum assertum. Quilibet potentia habet naturalem inclinationem ad suum ultimum finem; sed Deus clare visus est obiectum intellectus, & finis ultimus nature rationalis; ergo &c.

Si respondetur, majorem esse veram de obiecto, & sine proportionato, & conaturaliter debito, focus vero de obiecto, & sine excedente, & ad quem sola Dei gratuita ordinatione elevatur, qualis est visio clara Dei; si enim Deo placuisset, hominem, aut Angelum in statu pure nature omnibus gratiæ viribus destitutum condere, tunc non habuisset pro ultimo fine claram Dei visionem, sed solum cognitionem quandam Dei abstractivam, ut Auctoris nature.

XVII. Contra est. Si visio clara Dei est finis hominis, & ad eam viribus propriis conari non potest, erit deterioris conditionis, quam sint alie res naturales, que viribus propriis suum finem consequi possunt.

Respondetur ex dictis, duplicem esse hominis beatitudinem, naturalem, & supernaturalem. Prima in excellenti divinorum notitia quantum ex creaturis capi potest, si vera est; ad hanc homo viribus nature pervenire potest. Secunda vero in visione supernaturali Dei consistit: esto autem ad hanc homo suis viribus nequeat conari, non per hoc deterioris conditionis est. Primo. Quia propriis viribus acquirere potest naturalem. Deinde, ut ait D. Thomas 1. 2. q. 5. art. 5. ad 2. *Nobilioris conditionis est natura, qua potest consequi perfectum bonum, sed consequitur quoddam bonum imperfectum, licet ad*

Affertio Catholica.

consequenter ego non indiget exteriori auxilio: ut Philosophi dicit in secundo de Celo a text. 68. Sicut melius est dispositio ad sanitatem, qui potest consequi perfectam sanitatem: licet hoc fit per auxilium medicum, quam qui potest consequi imperfectam sanitatem, sine medicina auxilio. Et ideo Creatura rationalis, que potest consequi perfectam beatitudinem: bonum, indiget ad hoc divinum auxilio, est perfectior, quam creatura irrationalis, que ejusmodi boni non est capax, sed quoddam bonum imperfectum consequitur, vicinis suis natura.

XVIII. Sed dicitur: ergo natura deficit homini in necessitate. Quid enim tam necessarium est, quam vis ad suam finalem beatitudinem comparandam?

Respondetur tamen D. Thomas laudatus ad primum, quod sic natura non deficit homini in necessitate, quoniam non deditur sibi arma. Et argumenta, sicut alii animalibus, quia deditur ei ratio, et manus, quibus potest hoc sibi acquirere: ita nec deficit homini in necessitate, quoniam non datur sibi aliquid principium, quo potest beatitudinem consequi: hoc enim erat impossibile: sed deditur ei liberum arbitrium, qua potest converteri ad Deum, qui eum faceret beatum. Quia enim per amicos possimus per nos aliquid possimus, ut dicitur in 3. Esaii. c. 3.

XIX. Obijctis secundo. Natura dedit appetitum innatum ad plura, ad que non providit media: ergo &c. Antecedens probatur primo. Quia, ut docet D. Thomas 1. 2. p. 2. q. 76. art. 1. ad 6. Anima separata habet naturalem inclinationem ad corporis unionem: & tamen non habet media ad talem unionem obtinendam. Secundo. In homine datur appetitus innatus ad vivendum secundum rectam rationem: & ideo D. Th. 1. 2. q. 81. art. 2. probat, peccatum esse contra naturam hominis, quia est contra ordinem rationis, quod enim est secundum naturam, est secundum naturam hominis, in quantum est homo: & tamen homo naturaliter non habet media, ut vivat secundum ordinem rationis, sed indiget auxilio gratia: ergo &c.

XX. Respondetur negando antecedens. Ad primum probatur, animam separatam habere inclinationem naturalem ad unionem cum corpore absolute, & specificative sumptam; quia anima humana etiam separata manet in suo esse: ratione cuius convenit et secundum se corpori uniti: non tamen ad unionem, reduplicative ut amicum, qua potius est reunio, quam unio, & hoc pacto est ei impossibile.

Ad secundum dico, quod inclinatio, qua est in homine post peccatum Adæ, ad vivendum secundum rationem, non est sana, sed vulnerata & infirma. Quare in tali statu etiam deficit homo ab hoc, quod secundum naturam potest, ut non possit totum bonum implere, per sua naturalia, ut docet D. Thomas 1. 2. q. 109. art. 2. sed eget auxilio Dei, quod tamen spectat ad ordinem nature: secus esset de Visione Dei, ut in casu. Ad 2. quod licet in natura corrupta non dentur vires ad vivendum secundum rectam rationem semper, datur tamen ad vivendum recte in uno, vel altero casu: quod de Visione Dei non verificatur.

D I S C U S S I O IV.

An saltem virtus supernaturalis visio clara Dei intellectui creato possibilis sit.

§. I.

Errores referuntur.

I. Errori Axi. Eunomii, & Beguardorum tantum virtus nature tribuuntur; ut Deum in se per se videre possent, afferent, quos superius refutavimus, alium extreme oppositum errorem excitaverunt Armeni seculo septimo, qui inter alia, teste Guidone Carmelita relato a Prateolo, assererent, Beatos essentiam Dei non videre, sed claritatem quamdam illius essentia: ad quos forte respexit D. Thom. 1. 2. q. 12. art. 1. dum ait: quidam posuerunt, quod nullus intellectus creatus essentiam Dei videre possit: vel ad Arnoldum, ait Almaricum damnatum in Concilio Later. IV. cap. 2. qui seculo decimo secundo, & decimo tertio hunc Armenorum errorem adoptarunt: in quem postea impegerunt Trinitarii, teste Prateolo.

II. Inter ceteros hunc errorem evulgavit apud Græcos Gregorius Palamas, de quo egimus supra q. 4. de Atributis sub. 1. §. 3. qui medio seculo decimo quarto assererebat inter alia, omnes Sanctos tam Homines, quam Angelos videre quidem gloriam Dei, seu splendorem a divinitate tanquam Solem equum (quod explicabat in lumine, quo circumfusus fuit Christus in Monte Thabor) substantiam vero Dei nullum, neque Hominem, neque Angelum visisse unquam, nec videre posse. Ex quo infererent, lumen illud divinum, quod tantum superius, & in quem postea impegerunt Trinitarii, teste Prateolo.

III. Catholica tamen sententia est, intellectum creatum lumine glorie perfatum videre posse, & de facto videre Divinum essentiam in se. Quod in Concilio Florentino communi consensu Latinorum, & Græcorum in Litteris Sancte Unionis statutum est his verbis: *Utrum Animas, qui post Baptismum susceperunt, nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam, qui post contritionem peccati maculam . . . sunt purgati, in Cælum non recipi, & inserui clara ipsam Deum, tri-nam, & unam.*

IV. Dico. Intellectus creatus lumine glorie confortatus potest clare videre Divinum essentiam, ut est in se. Hanc veritatem docuit Chrysostomus: *Matth. v. 8. Beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt.* Et Paulus 1. Cor. 13. v. 12. *Videmus nunc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem: nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum: id est, ut exponit D. Thom. 1. 2. q. 12. sicut Deus cognovit essentiam meam, ita Deo cognoscam per essentiam: ita quod si sicut non imporet hic equalitatem cognitionis, sed similitudinem tantum. Quid autem est videre Deum, & facie ad faciem, & sicut cognoscitur a Deo, contrapositive ad cognoscere ipsum, per speculum in enigmate, & solum ex parte, nisi ipsum clare intueri, sicut homo alium hominem? Hinc D. Thom. 1. 2. q. 12. v. 2. cum apparuit (inquit) similitudo ei erimus, quoniam vidimus eum, sicut est.*

V. Quod si dixeris, etiam de Moyse dicitur Exod. 33. v. 11. *loquebatur enim Dominus ad Moysen facie ad faciem, ut loqui sicut homo ad amicum suum: & tamen non infertur, quod Moyses videret Deum, ut in se est;*

VI. Respondedo primo neg. min. ut enim infra ostendam, probabile cenet D. Thom. Moysen Deum in se, seu Dei substantiam transeuntem visisse. Secundo. Dato, quod de facto Moyses Deum in se non videret, sed tantum in quadam clara Dei similitudine, seu in Angelo personam Dei gerente, ad hoc fundamentum habemus ex eodem capite, nam cum v. 13. Moyses Deo dixisset: *ostende mihi faciem tuam: respondit ei Dominus quasi, 20. non potes videre faciem meam: non enim vidit me homo.* & v. 23. *ex quibus infertur, neminem posse videre Deum, nisi exeat carterem hanc mortalem.* At de Sanctis, qui carerem hanc mortalem jam exuerunt, eos videre Deum, facie ad faciem, ut ipsi videntur a Deo, & in hoc similes Deo futuros, dicit Scriptura.

VII. Si replicaveris: Deum dicit invisibilem a Divo Paulo 1. ad Timotheum 1. v. 17. *Regi autem secularium immortalis, invisibilis, & c. 6. v. 16. qui solus habet immortalitatem, & in se inhabitat inaccessibilem: quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest.*

VIII. Dicam cum D. Thom. in hoc cap. 6. l. 3. Paulum dicere, Deum esse invisibilem, quem nullus hominum vidit, aut videre potest, vel oculo corporali, vel visione comprehensiva, vel visione intuitiva per vires nature, vel tandem, ut est in hac mortali vita constitutus, nisi Christus. Videtur D. August. Epist. 147. olim 112. ad Paulinum de videndo Deo, & Epist. 148. olim 113. ad Fortunatianum, ubi solvit apparentes scripturarum contradictiones, & exponit, quomodo Deus invisibilis, & visibilis dicatur.

Est autem a Jeremia cap. 32. v. 19. Deus dicitur incomprehensibilis, & ex hoc infertur, Deum a nemine proforsus comprehendi posse; non tamen, ex quo Deus dicitur a Divo Paulo invisibilis, inferri debet, eum esse cultibet creature; & quocumque modo invisibilem. Nam Deus ita a Scriptura dicitur incomprehensibilis cogitatu, ut nullibi dicitur comprehensibilis, nisi a seipso. At ita dicitur invisibilis, ut tamen alibi in Scriptura dicitur visibilis a creatura, ut jam ostendimus.

IX. Ad hanc Catholicam veritatem demonstrandam desunt quidem rationes efficaces propter dicta dubio precedente non desunt, tamen rationes congruentes, quibus supposita fide, possibilitas visionis clare Dei posse fundari, & præsertim illa, quas superius indicavimus ex D. Thom. 3. contra Græcos c. 70. & c. 83. quam expendit hanc Epist. 10. art. 4. X. Sic ergo dicam primo. Ideo impossibile est intellectui creato quocumque lumine confortato, videre Deum ut est in se clare, quia Deus est in summo intelligibilitatis gradu, & actus purus, intellectus autem creatus est in infimo gradu intelligibilitatis infirma, & potentialis: sed quamvis ex hoc inferatur, intellectum creatum non posse Deum videre adequate, & comprehensive, aut eum videre intuitiva virtus sibi conaturalibus, non tamen eum non posse videre visione pure quidditativa, & virtus gratia ipsum confortantis, ergo &c. Minor probatur primo. Est Deus sit in summo, & acta purissima intelligibilitatis, non tamen est proforsus extra sphaeram objecti intellectus creati, quod est intelligibile ut sic; sed quilibet potentia potest esse proforsus, vel alienis virtus pervenire ad cognitionem cuiuscumque objecti intra suam sphaeram essentialem contenti; quemadmodum Sol, qui est maxime visibilis, est videri non posse a vesperatione propter excessum luminis virtus propriis, illum tamen videre potest, si fortiori lumine confortaretur; ergo &c.

XI. Confirmatur dicta. Quoties aliqua potentia potest imperfecto modo aliquid objectum attingere, non repugnat, eam elevari ad illud perfecte attingendum, ut dicebam in potentia visiva vesperationis, que, quia imperfecte lumen Solis videre potest, si majoribus virtus confortaretur, potest illud perfecte videre; & ratio est, quia objectum, quod saltem imperfecte ab aliqua potentia cognosci potest, non est omnino extraneum ipsi, sed continetur intra sphaeram sui objecti adequati, sed intellectus creatus saltem imperfecte, & abstractive cognoscere Deum potest; ergo non repugnat, ut si virtus superioribus confortetur, illum perfecte cognoscat.

XII. Secundo probatur eadem min. ratione D. Thom. hac q. 12. art. 1. Cum ultima hominis beatitudo consistat in ejus altissima operatione intellectus circa altissimum objectum, quod est Deus, si homo Deum essentiam videre non possit,

vel homo nunquam suam ultimam beatitudinem obtinebit, vel in alio quam in Deo ejus beatitudo consistet. Præterea in eo est ultima perfectio creature rationalis, quod est ei principium essendi: in tantum enim unumquodque perfectum est, in quantum suum principium attingit: sed principium creature rationalis est Deus; ergo si non possit Deum attingere, careat sui ultima perfectione. Tandem inest homini naturale desiderium videndi causam, cum inuenitur effectus. & ex hoc desiderio in hominibus confurgit, hoc autem desiderium permaneret inane, si homo non possit videre Deum, qui est prima causa omnium. Hæc, similesque sunt rationes, quibus supposita Fide suaderi potest possibilitas Visionis Dei.

§. III.

Sacrum Joannes Chrysostomus defenditur.

XIII. Obijctis primo D. Joannem Chrysostomum homil. 14. in Joann. super illa verba Joann. 1. *Deum nemo vidit unquam dicentem: Ipsum, quod est Deus, non solum Prophetas, sed nec Angeli viderunt, nec Archangeli.* Quod enim creabilis est natura, qualiter videre poterit, quod increabile est?

XIV. Respondetur D. Thomas hoc art. 1. ad 1. D. Chrysostomum loqui de visione comprehensionis: & ideo fere statim subdit: *Visionem hic dicit certissimam Patris considerationem, & comprehensionem tantam, quantum Pater habet de Filio. In eam etiam sunt, dicitur, q. 2. art. 1. idem S. Doctor explicans præfata Chrysostomi verba ad primum. Auctoritas (inquit) illa potest tripliciter exponi per Augustinum in lib. de Videndo Deo: Uno modo, ut excludatur visio corporalis, quæ nemo vidit, vel visus est: Deum in essentia sua. Alio modo, ut excludatur visio intellectualis Dei per essentiam ab his, qui in ista mortali carne vivunt. Tertio modo, ut excludatur visio comprehensionis ab intellectu creato: & sic intelligit Chrysostomus; unde subdit, notitiam hanc dicit Evangelicam certissimam considerationem, & comprehensionem tantam, quantum habet Pater de Filio: Et hic est Evangelicæ intellectus: unde subdit, Unigenitum, qui est in sinu Patris, ipse enarravit: per comprehensionem visum volens probare, Filium esse Deum. Hæc D. Thom. dicit ergo Chrysostomus Joannem Evangelistam, ex eo, quod Filius videtur Deum, quem nemo vidit unquam, nec videre potest, voluisse probare Filium Divinum esse Deum; sed hoc unice probari potest ex visione comprehensiva, id est tanta; quantum habet Pater; ergo de hoc loquitur Chrysostomus.*

XV. Præterea D. August. lib. de Videndo Deo a D. Thom. citato, que est Epist. 112. modo 147. ad Paulinum c. 6. probat expositionem S. Ambrosii Magistri sui, qui in cap. 1. Luca lib. 1. dicit: *Et ideo Deum nemo vidit unquam, quia eam, qui in Deo habitare, plenitudinem divinitatis nemo conspexit, nemo vidit, aut oculis comprehendit.* Et cap. 8. ejusdem Epist. loquens de Moyse Deum rogante Exod. 33. ut sibi se ipsum ostenderet, ait S. August. ipse ergo (Deus) erat in ea specie, quam apparere voluerat, non autem ipse apparebat in natura propria, quam Moyses videre cupiebat. Et quippe promittitur Sanctis in alia vita, ut cap. 9. subdit: *Non quia Dei plenitudinem quisquam, non solum oculis corporis, sed vel ipsa mente attingendo comprehendit. Aliud est enim videre, aliud totum videndo comprehendere. Quandoquidem illi videtur, quod presens utcumque sentitur: totum autem comprehenditur videndo, quod ita videtur, ut nihil ejus lateat videtur, aut ejus finis circumspici possunt; sicut et nihil lateat presentis voluntatis sua, circumspicere autem potius finis auctori sui.* Hæc S. August. XVI. Merito igitur ab omnibus, etiam a suis, reprehenditur Pater Vasquez, qui in 1. 2. p. 2. q. 1. art. 1. disp. 37. cap. 3. & 4. assuit et præfatas expositiones rejicere, quia, inquit, Anomai, contra quos agit Chrysostomus, non adeo amentes erant, ut voluissent sibi attribuire tantam scientiam, quantum de se ipso habet Deus quoad modum cognoscendi, sed solum quoad rem cognitam. Cumque hac negat Chrysostomus non negat possibilem. Ita loquitur Vasquez, qui deinde alios multos SS. Patres cum Chrysostomo annumerans, eodem modo loquentes, concludit, quod, si sincere loqui velimus, vix possuimus eos in bonum finem interpretari.

XVII. Merito, inquam, ab omnibus reprehenditur, qui Sanctiorum, ac Venerabilium Patrum doctrinam notam hanc imitari, ut fieri videtur hæreticorum advocatos. Porro, quod Eunomiani ad hanc amentiam processerint, ut sibi tantam de Deo scientiam arrogaverint, quantum Deus de se ipso habet, asseritur Chrysostomum ipse homil. 2. de incomprehensibili Dei natura, que est contra Anomaiis his verbis: *Assur est homo dicere, Deum non videri, ut ipse Deus seipsum novit. Hæcine confusio indigna? Hæcine demonstratio? An non satis est, hæc illius verba profertur, ut tota eorum impetia revolvatur? Et enim hoc insania est perperua, amentia inexcohibilis, novus impietatis modus: &c. Idem testatur Theodoretus lib. 4. hæret. Eubularum tit. de Eunomio. Idem Socrates lib. 4. hist. cap. 7. ubi de Eunomio loquens sic (inquit) ait ad Verbum. *De sua ipsius substantia Deus nihil amplius scit, quam nos, nec illa ipse quidem notior, nobis autem obscurior. Sed quidquid nos de illa scimus, hoc omnino & ille novit. Et contra quicquid ille scit, idem etiam in nobis obsequat illa dispensatio reperit. Idem testatur D. Hieron. qui in cap. 12. Math. ad illa verba nemo novit Patrem, nisi Pater, & Filius, quantum alterutrum in se habeant, voluntatis. Hi testes plures certe majores sunt, quam Vasquez: & quia Eunomio coævi, & quia majoris auctoritatis. Neque mirari debuerat Vasquez, Eunomiam ad tantam**

devenisse insaniam, cum alii plures hæretici superbiam elati in graviore stultitia prolapsi sint. Quid enim dicit de Manichæo, & Montano, qui se Spiritum Sanctum esse commenti sunt? Quid de aliorum amentis, quas in hæreticorum Catalogis percurrere potuisset, que licet incredibiles videantur, vere tamen sunt.

XVIII. Cæterum quod D. Joann. Chrysost. non negaverit, possibilem esse visionem intuitivam essentia Dei in se, constat aperte ex hom. 1. ad Theodorum lapsium (edit. novill.) ubi de Petro in Monte Thabor postquam sic ait: *Audi, quid dicit B. Petrus: Bonum est nos hic esse. Quod si ille obscura naturam, conspexit futurorum imagine, omnia statim regis ab antwo, ob indicium a tali visione soluturam: quid dicitur, quando ipsa verum veritas aderit, quando aperit regis ab antwo, ipsum regem conspiceret licet, non ultra in enigmate, neque per speculum, sed facie ad faciem, non ultra per solum, sed per speciem? Quibus nihil apertius pro astruenda divine substantia: visione, non in speculo, non in enigmate, sed facie ad faciem, & in propria specie.*

XIX. Cur autem alibi visus sit, cultibet creature negare visionem substantia Dei, ratio est, quia S. Chrysostomus ipse scribebat, aut, si velis, concionabatur contra Anomaios (contra quos edidit homilias quinque de incomprehensibili Dei natura) qui, ut vidimus, visionem Dei tantam, quantum de se ipso habet Deus, sibi arrogabant. Mos autem est Sanctorum Patrum, dum aliquam hæresim impugnant, sic ab ea recedere, ut ad extremam partem declinare videantur: ideoque Chrysostomus ita negat visionem Dei comprehensionem, ut prima fronte videatur negare etiam quidditativam, licet revera eam fateatur, ut vidimus. Fundat enim Chrysostomus suum discursum in testimonio relato D. Joannis dicens: *Deum nemo vidit unquam, id est eo modo, quo Deo videt Filium, nempe visione comprehensionis, & hoc modo vere dicit, nec videri ab Angelis, neque ab Archangelis, nisi per descensum attemperanda se luminis, cuius sunt capaces; quod est afferre cognitionem Dei solum quidditativam, & negare comprehensionem.* Unde homil. 4. de incomprehensibili Dei natura ait: *Itaque cum audit: Deum nemo vidit unquam, id intelligit, nullum esse, qui Deum substantialiter omnino perfecte cognoscat.* Et infra: *Cum itaque Propheta dicit, illas virtutes Deum quamvis se se attemperando ferre non potuisse, nihil aliud significat, quam ejus cognitionem claram, & accuratam, comprehensionemque ferre non posse.*

XX. His omnibus adderem, quod (adhuc dato, D. Chrysostomus negare hominibus, & Angelis visionem intuitivam Dei) non loquitur de cognitione, quam habet de Deo in Verbo, & qua beati sunt, sed loquitur de cognitione, quam de Deo habuerunt Viri sancti per prophetiam, & de ea, quam habent Angeli etiam Verbum: hoc enim satis erit ad ejus intentum. Cum enim Anomai contenderent, se adhuc in carne constitutos tantam de Deo scientiam habere, quantum habet de se ipse Deus; bene contra illos arguebat Hieronimus, Ezechiel, alique quamvis lumine prophetico illustrati, Angeli, Archangeli, quamvis insula præditi scientia, Dei substantiam in se, sed solum in lumine ab ipse derivato videre, ac intueri non possunt. Vos autem miseri mortales justitiam, ac quod illi ingenue fateatur se aliquid non posse?

Distius in D. Chrysostomi honore vindicando moratus sum: decebat enim, pro ejus doctrinæ veritate, ac puritate laborare, quam tanti fecit Innocentius I. Romanus Pontifex, ut audiam ejus mortem deploraverit his verbis Epist. 30. tom. 1. Concil. *Affligit de eis, qui spirituosissima, spiritalia, & divini doctrinæ, & institutionis ejus orbi: famo verbi Dei constituitur, non enim Ecclesia tantum Constantinopolitana mellita illius lingua justuram fecit, sed orbis sub Sole totus ad orbitatem redactus est, viro tam divino amissio.*

§. IV.

Alia objecta solvantur.

XXI. Obijctis secundo. De Angelis beatis 1. Petri 1. v. 12. dicitur: *In quem desiderant Angeli prospicere; Ad si Deum viderent, non desiderarent Deum prospicere; ergo &c.*

Respondetur, beatos Angelos videre Deum, consistat testimonio Christi Matth. 18. vers. 10. *Angeli eorum in Cælis semper vident faciem Patris mei, qui in Cælis est.* Dicuntur ergo Angeli desiderare, non quia cupiant videre, quem non vident, sed ut indicetur, quod licet semper videant, tanta delectatione procul ab omni tædio, & fastidio vident, ut vellem, si fieri posset, plus videre. Ita proposito sibi hoc dubio respondet S. Gregor. lib. 18. Moral. cap. 39. mune 54. *Deum quippe Angeli & vident, & vident desiderant, & sicut inveniunt, & intuentur. . . . Non enim sit in desiderio appetitus, desiderantes satiantur, ut autem sit in desiderio appetitus, desiderantes satiantur, ut autem sit in desiderio appetitus, desiderantes satiantur. Et desiderant igitur sine labore, quia desiderium satietas emittitur: & satiantur sine fatigato, quia ipsa satietas ex desiderio semper acceditur.*

XXII. Obijctis tertio, & replicabis, Theodoretus Dialogo primo, qui immensabilem inscribitur, tria docet. Primum, quod impossibile est hominibus, immo etiam Angelis. . . Divina natura consistit. Secundum, Deum visum solum fuisse post incarnationem: *Manifestum est igitur, videri non posse divinam naturam, esse autem adspicibilem carnem, perque hanc adspicibilem, illam, que minime est adspicibilis, esse conspiciam.* Tertium, quod Christi dictum: *Angeli eorum semper vident faciem Patris mei:* non debet intelligi de visione divine substantia, sed cuiusdam glorie eorum visum attemperata. Non enim

XXI. Super his Div. Thomas relatus art. 3. qu. 12. 1. par. ad 2. sic dicitur: Ex quo patet, quod hoc modo (Augustinus) intelligit, oculos glorificatos Deum visuros, sicut nunc oculi nostri vident altissimum vitam. Vix autem non videtur oculo corporali, sicut per se visibile, sed sicut visibile per accidens, quod quidem a sensu non cognoscitur: sed sicut cum sensu ad alia visus cognoscitur. Quod autem sicut visus corporalis, dicitur presentia in eis cognoscatur per intellectum, et ex resurgenti divinitate claritati in corporibus innovati.

XXII. Eodem modo exponit Angelicus Doctor in 4. diff. 49. qu. 2. art. 2. in corpore sic: Cum ergo visus est sensus si fuerit idem specie in corpore glorioso, non poterit esse quod divinum essentiam videns, sicut visibile per se: videbit autem eam sicut visibile per accidens, quoniam ex una parte visus corporalis tantum gloriam Dei inspicit in corporibus, et ex altera parte inspicit in corpore Christi: et ex parte alia inspicit tam clare videbit Deum, quod in rebus corporaliter visis Deus percipitur, sicut in locutione percipitur vita: quoniam enim tunc intellectus noster non videt Deum ex creaturis, contra videbit eum in creaturis corporaliter visis: et hunc modum, quo Deus corporaliter potest videri, ponit Augustinus in fine de Civitate Dei. C. 20.

En ergo a fido eius interprete D. Thoma in aperto posita mens Augustini: nimirum quod oculus corporeus glorificatus videbit Deum, non tamquam visibile per se, sed tamquam visibile per accidens: sicut homo videns hominem loqui, videt eius vitam: et rursus, quod ubi nunc ex creaturis visis corporaliter affurgit intellectus ad videndum Deum obscure: tunc in creaturis ratione fulgoris a Deo in eas derivati, intellectus clare Deum videbit, et non tantum per fidem, sicut modo. Quae dicta sunt pro explanatione textus allati. Porro mentem Augustini superius exposuimus ex Epistola eius 6. nunc 9. ad Italiam: et in Epist. 112. nunc 147. ad Paulinum: et 111. nunc 148. ad Hieronymum, quibus ex professo hanc tractat, quo Lectorem remitto.

XXIII. Nec refert, quod relata Epist. 112. five 147. in fine hanc difficultatem de corpore spirituali, seu glorioso miserit ad libros de Civitate Dei finaliter tractandam. Nam hoc non nego. Sed dico, quod S. Doctor non dubitavit unquam, an oculus corporeus visurus esset Deum: hoc enim constanter negavit semper. Sed cum quidam assererent, post resurrectionem oculos (immo totum corpus) fore spiritualizatos, et factos spirituales: Ideo pressus mole difficultatis (nam ex una parte noverat oculum corporeum incorporalia videre per se non posse, ex alia parte putans, aliquid plus concedendum esse oculo spirituali, quam oculo mere carnali) eligit mediam viam, et dicit, quod oculus beatus, et spiritualis videbit Deum per accidens in fulgore ab ipso in corpore rutilante, cum ad dicendum, quod visurus sit Deum in natura sua, nec exemplis, nec Scripturis probari possit. Vel quod si oculus gloriosus ita spiritualizetur (quod aliqui volebant) ut esse corporeale extat, tunc Deum visurum. Sed hoc est loqui, non absolute, sed hypothetice.

S. IV.

Solvuntur argumenta a ratione.

XXIV. Primo obijciat. Ideo asseritur, Deum videri non posse se oculis corporeis, quod oculi nullam cum eo habeant proportionem: atqui illa ratio nulla est; ergo &c. Minor probatur primo. Est ens supernaturale nullam habeat proportionem cum potentia naturali, potest tamen potentia naturalis supernaturalizari, et elevari ad videndam Deum supernaturaliter; ergo et potentia corporalis nullam habeat proportionem cum objecto corporeo, poterit spiritualizari, ut in oculo beato contingit, et sic Deum in se videre.

Secundo. Creatura per absolutam Dei potentiam elevari possunt ad effectus, cum quibus nullam habeant proportionem: ut patet in igne inferorum, qui agit in damnatorum animas, est illa spiritualis sint, ille corporeus: et in Sacramentis, quae gratiam in anima producant, cum qua, utpote corporea, nullam habeant proportionem.

XXV. Respondetur neg. min. Ad primam eius probat. dico, quod esse ens supernaturale, id est Deus, non habeat proportionem naturalem cum potentia intellectiva, habet tamen eam ea proportionem essentiali ex quo intra lineam intelligibilis continetur, ut possit talis potentia absque eo, quod extra suam speciem feratur supernaturalizari, et elevari ad illud attingendum. Ad objectum spirituale nullam, neque essentiali, proportionem habet cum potentia corporali. Cum enim haec essentialiter sit actus organi corporalis, essentialiter restringitur ad objectum corporeale, ita ut, si extra illud ferretur, a propria specie essentiali exiret, et esset potentia corporea, et non esset.

Ad secundam prob. min. distinguo antecedens, elevari possunt tamquam causa instrumentales, conc. antecedens: sic enim elevatur ignis, ut instrumentum divinae iustitiae ad torquendos spiritus, et sacramenta ad causandam gratiam: tamquam causa principales, nego antecedens. Causa enim principalis non potest ferri extra, vel supra suam speciem. Cum ergo oculus corporeus debet elevari per modum causa principalis, et se moveat ab intrinseco, utpote causa essentialiter vitalis, et non ut pure ab alio motus, quod est proprium instrumenti: hinc est, quod non potest elevari ad aliquid, cum quo non habeat saltem radicalem proportionem, et quod intra suam sphaeram essentiali non continetur, intra quam, ut

vidimus, nulla res incorporea, et maxime Deus, contineri potest.

XXVI. Obijciat secundo. Potest Deus ferre potentiam extra sphaeram suae activitatis, ut possit videre, et audire objectum per multas leucas distans: ergo potest ipsam ferre extra suam speciem, sciendo, quod oculus corporeus videt incorporea. Constat. Potest Deus facere, ut res finita videat objectum infinitum: ergo et quod res corporea videat spiritum.

XXVII. Respondetur conc. antec. negando consequentiam. Primum enim potest fieri a Deo, quia ferre potentiam extra, seu potius ultra sphaeram suae activitatis naturalis: sic in genere re cause efficientis, adjuvando potentiam, vel fortificando objectum, ut ad potentiam licet distantem possit speciem sui emittere, quod bene potest suppleri a Deo. Non autem fieri potest secundum: quia ferre potentiam extra suum objectum formale pertineret ad genus cause formalis, et specificativae, quod Deus supplet non potest, cum nequeat mutare naturas, et species rerum.

Si dicas, Oculis Christi videt se ipsum, ut existentem in Sacramento Altaris; sed ibi est modum inextenso, et extra suam sphaeram; ergo &c. Et similiter alius oculus glorificatus poterit Corpus Christi in Sacramento videre.

Respondet diff. maj. se ipsum esse specificativae, conc. maj. reduplicative ut sub tali modo, neg. maj. Respondit est D. Thom. 3. par. qu. 76. art. 7. ubi querit, an Corpus Christi, pro ut est in hoc Sacramento, potest videri ab oculo glorificato: ubi postquam negative resolvit: ad secundum respondit sic: Oculis corporalis Christi videt se ipsum sub Sacramento existentem; non tamen potest videre ipsum modum essendi, quo est sub Sacramento: quod est proprium solius intellectus. Nec tamen est simile de alio oculo glorioso: quia et ipse oculus Christi est sub hoc Sacramento, in quo non conformatur nisi alio oculo glorioso.

Ad confirm. nego consequentiam, et disparitas est, quia Deus est infinitus, est tamen ens, et intelligibile: ideoque continetur intra sphaeram objecti potentiae intellectus finitae, saltem ut objectum excedens, quia eius objectum adaequatum est ens, et intelligibile ut sic. At spiritus est totaliter extra sphaeram potentiae corporeae, cuius objectum adaequatum est ens sensibile.

XXVIII. Tertio obijciat. Oculis incorporeis potest corporalia videre; ergo et oculus corporeus incorporalia.

Respondet cum D. Thom. in 4. diff. 49. qu. 2. art. 2. ad 4. quod immaterialitas maxime juvat cognitionem, immo est ratio cognoscendi, et quanto magis aliquis est a materia depuratus, tanto magis cognoscit nedum spiritualia, sed et corporalia. At materialitas, seu corporalitas est impedimentum cognitionis: ideoque res corporea ut sit cognoscitiva, eget aliquantum extollit supra materiam, saltem in modo operandi, et propterea nequit supra corporalia se extollere, et attingere quae profus incorporata sunt.

XXIX. Quarto obijciat. Deus sicut est praesens per essentiam suam in intellectu beati, ita erit praesens in sensu ejusdem, quia erit omnia in omnibus. 1. Cor. 15. sed videbitur ab intellectu beato per hoc, quod sua essentia ei conjungatur; ergo eadem ratione poterit a sensu videri.

Respondetur cum eodem D. Thom. citato ad 7. quod intellectus est incorporeus spiritualis, non autem visus incorporalis; et ideo intellectus poterit cognoscere divinam essentiam sibi conjunctam, non autem visus incorporalis.

QUESTIO II.

De Existencia Visionis Dei.

Visionem Dei aliquando extitit, offendens ea, quae de eius possibilitate questione praecedente dicta sunt; difficultas est de tempore, quo est extitura, et de hoc agemus in praesenti: an scilicet in hac vita aliquando concessa, an statim post mortem iustis concedenda, an ad certum tempus differenda sit.

DUBIUM I.

An aliqui in hac vita frui sint clara Dei visione.

S. I.

Ostenditur hoc possibile esse.

I. Suppono citra controversiam esse, quod esto via ordinaria elevari non possit homo in hac vita mortali ad clarum Dei visionem, quia modus connaturalis ejus pro hoc statu est cognoscere dependenter a sensibus, et ad modum rerum corporearum; possit tamen via extraordinaria, et spirituali privilegio hominem in hoc statu conjunctionis animae ad corpus, et mortalitatis, ad clarum Dei visionem extolli. Id enim omnes Catholici Doctores fatentur, Christo ab instanti sine conceptionis fuisse concessam, Cur ergo eandem gratiam alteri puro homini Deus concedere non possit, si vellet? non obitare certe modum connaturalis, quem pro hoc statu habet homo, operandi videbitur, et cognoscendi dependenter a sensibus, quia ab hac lege, quam Deus auctor naturae condidit, possit ut auctor supernaturalis dispensare.

II. Hoc

II. Hoc autem faceret Deus, si vellet. Primo alligando sensus externos, suspendendo illis lumen concurrens, ne agerent. Secundo dando intellectui lumen glorie, vel per modum transeuntis, vel per modum permanentis, sicut dicit Christus, qui in hac mortali vita degens fuit beatus. Deumque intuitivo videbat.

III. Quaestio igitur est, an alteri a Christo fuerit de facto hoc concessum saltem per modum transeuntis. Ubi S. Augustinus 12. de Genes. ad litteram propendit in opinionem affirmativam de Moyse, et Paulus: quod etiam Epist. 112. nunc 147. c. 13. indicavit: in eadem venit S. Th. hoc 1. par. qu. 12. art. 11. ad 2. qu. 175. art. 7. in 4. diff. 49. qu. 2. art. 7. ad 4. C. 5. qu. de veris. art. 11. ad 1. et alibi. Alii vero tum Patres, tum Theologi extra Scholam D. Thomae generaliter negant, hoc privilegium in hac vita cuiquam, excepto Christo, fuisse concessum.

S. II.

Solvuntur assertio.

IV. Dico, Probabile fatis est, aliquos in praesenti vite statui Deum ex singulari privilegio clare vidisse, ut Moysem, et Paulum. Hoc indicant Scripturae. De Moyse quidem: Nam Num. 12. vers. 6. 7. et 8. volens Deus quidem, Moysem haec singulari prerogativa a se donatum, ait: Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, in visione apparbo ei, vel per somnium loquar ad illum. At non talis servus meus Moyse... Ore enim ad os loquor ei, et palam, et non per aenigmata, et figurat Dominum videt. Quod etiam videtur ostendi Exodi 33. vers. 11. ubi dicitur loquebatur autem Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum. Et vers. 18. Moysi petenti ostende mihi gloriam tuam, respondit Dominus: ego ostendam omne bonum tibi; esto autem vers. 20. et dixerit non poteris videre faciem meam: non enim videtis me homo, et vidit gloriam Dei saltem per modum transeuntis.

De D. Paulo autem colligitur ex his, quae ipse scribit 1. Cor. 12. vers. 2. scio hominem in Christo ante annos quatuordecim (sive in corpore nescio, sive extra corpus nescio, Deus scit) raptum hujusmodi usque ad tertium Caelum. Et scio hujusmodi hominem (sive in corpore, sive extra corpus nescio, Deus scit) Quoniam raptus est in Paradisum, et audivit arcana verba, quae non licet homini loqui. Quod si sola revelatione obscura, et non clara visione essentiam Dei, et mysteria divina cognovisset Paulus: cur adeo mirabilem raptum suum in tertium Caelum, et Paradisum exponeret; ut homini loqui non liceret? Certe ea, quae in visionibus, et raptibus suis viderant, et audiverant Prophetae, eloqui poterant. Videri potest D. Thomas super praefata verba 1. Cor. 2. qu. 175. art. 3. ubi ponderans, Apostolum audivisse ineffabilia verba, quae non licet homini loqui, ait, hujusmodi autem videntur ea, quae pertinent ad visionem beatorum, quae excedit statum viae, secundum illud Isaia 64. Oculis non vidit, Deus, absque te, quae praeparasti diligentibus te. Et propterea asserit verba S. Augustini Epist. 112. nunc 147. ad Paulinum de videndo Deo c. 13. nimirum: ipse Dei sustulit a quibusdam videri potuit in hac vita patris, sicut a Moyse, et Paulo, qui raptus audivit ineffabilia verba, quae non licet homini loqui.

Conveniens autem fuit, ait D. Thom. tum 1. par. qu. 12. art. 11. ad 2. tum 2. qu. 175. art. 2. ad primum. Cum enim Moyse fuerit primus Doctor Iudaeorum, et Paulus primus Magister Gentium, congruebat, ut antea divina mysteria viderent, et essent testes oculati.

S. III.

Solvuntur opposita.

V. Obijciat primo. Exodi 33. vers. 20. Moysi petenti a Deo, ut ostenderet sibi gloriam suam, respondit Deus, faciem meam videre non poteris: non enim videtis me homo, et vivit. Rursus Joann. 1. vers. 18. dicitur, Deum nemo vidit unquam, sed Unigenitus, qui est in sinu Patris, ipse enarravit. Et Paulus ipse post raptum 1. Timothi. 6. vers. 16. idem testatur: Deus lucem inhabitans inaccessibilem, quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest; sed cum Scriptura aliquid de omnibus negat, non potest fieri mendacio de aliquo affirmari: et si Paulus ante vidisset Deum, mentiretur dicendo quem nullus hominum vidit: sicut mentiretur Gallus, qui Romam aliquando vidisset, si diceret, nullus Gallus unquam Romam vidit; ergo &c.

Rursus ceteri SS. Patres, ex quibus Irenaeus 1.4. c. 37. Origenes Homil. 1. in Isaiam, Nazianzenus Orat. 34. Cyrillus 1. 1. in Joann. Tertullianus 1. A. contra Marcionem c. 22. Ambrosius in 1. cap. Lucae, et alii expressè negant, Moysi visionem Dei fuisse concessam: quod idem de S. Paulo sentiunt Chryostomus homil. 5. de incomprehensibili Dei natura, et alii. Immo oppositum sentiunt ex discipulis D. Thomae Sylvius in 1. par. art. 11. et Natalis Alexander comment. in 2. ad Corinth. cap. 12. Haec, et alia, quae congerunt Juvenis Insueti. Theolog. differt. 4. cap. 2. art. 1. Frassen. tract. 1. differt. 3. art. 7. sect. 1. qu. 4. et Sylvius, maxime probabilem reddunt opinionem oppositam: quod non nego: sed opinione S. Thomae sua probabilitate non spoliant.

VII. Quare ad oppositas auctoritates respondeo. Ad primam ex Exodo solum inferri, visionem Dei fuisse Moysi denegatam tunc, non vero; quod semper fuerit illi denegata; etiam raptum, et transeuntem, cum oppositum collegerimus supra.

Ad secundam dico, S. Joannem solum voluisse, neminem vidisse Deum, neque Moysem, neque Paulum essentiam Dei, quoad omnia mysteria, quae Christus in lege nova annuntiavit: et ideo subdit Unigenitus, qui est in sinu Patris, ipse enarravit. Ex quo solum sequitur, Moysem, et Paulum non habuisse visionem plenam Dei quoad omnia, et facientem visionem beatorum. Unde visio eorum fuit quasi media inter visionem beatorum, et visionem aliorum Prophetarum, quia habuit quidem claritatem, sed non statum; unde D. Th. 2. 2. qu. 175. art. 6. ad 3. Visio (inquit) Pauli in raptu quantum ad aliquid fuit similis visioni beatorum, scilicet quantum ad id, quod videbatur, et quantum ad aliquid dissimilit, scilicet quantum ad modum videndi, quia non ita perfecte vidit, sicut Sancti, qui sunt in Patria, Unde Augustinus dicit lib. 12. de Ceres. ad lit. cap. 36. Quamvis Apostolus, arripso a carnis sensibus in tertium Caelum, hoc desuit ad plenam, perfectamque cognitionem rerum, quae Angelis inest, quod sive in corpore, sive extra corpus esset, nesciebat hoc utique non deest receptis corporibus in resurrectione mortuorum, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem.

Ad tertiam similiter dico, S. Paulum vel loqui via ordinaria, et seculo speciali privilegio, vel de visione comprehensiva, vel de visione plena, qualis est beatificans: non vero de visione transeunte, et per raptum, quam nec ipse recordabatur se habuisse, neque eloqui poterat, ut ipse testatur.

Neque hoc dicentes contradicimus, aut mentimur contra Scripturam, quae dicit Deum nemo vidit unquam, nam ly nemo non semper ita distribuitur pro omnibus complete, et ut aliquam exceptionem non patiatur, aut pati non possit. Etenim sicut non obstante, quod etiam Div. Paulus Rom. 1. vers. 11. dicat in omnes homines mori pertransire, in quo omnes peccaverunt. Et vers. 18. sicut per unius solitum in omnes homines in justificationem vita. Et Ecclesiastici 7. vers. 29. dicitur Virum de mille unum reperiri (id est Christum, qui esset sine peccato) multorum ex omnibus non invenit, adhuc tamen absque mendacio, singulari privilegio excipitur via ad religiosam Beata Virgo: cur sine mendacio ab universalitate excipere non poterimus probabiliter Moysem, et Paulum?

VIII. Obijciat secundo, Si Paulus vidit essentiam divinam, amitte fidem circa mysteria, quia cum clara visione Dei non est composibilis fides, sed non est verisimile, Paulum amittisse fidem, quoniam in hoc mundo fuit, ergo &c.

IX. Responditur cum D. Thoma 2. 2. qu. 177. art. 3. ad 3. disting. maj. cum visione Dei permanentem habita, concedo major. transeuntem habita, nego major. Quia ergo D. Paulus in raptu non fuit beatus habitualiter, sed solum habuit actum beatorum, consequens est, ut simul tunc in eo non fuerit actus fidei, sicut tamen simul tunc in eo fidei habitus. Ita D. Thomas. Sicut enim lapis potest actu tendere sursum, et levitare, et simul habitualiter gravitare: ita poterat D. Paulus actu videre, et simul habitualiter credere, quia actualis visus, utpote transiens, non reliquit in eo habitum; ut enim docet idem S. Doctor ibi ad 2. Lumen gloriae dupliciter participari potest. Uno modo per modum formae immanentis, et sic beatus facit Sanctus in Patria. Alio modo per modum consuetudinis habitus transeuntis... et hoc modo lumen illud fuit in Paulo, quando raptus fuit. Et ideo ex tali visione non fuit simpliciter beatus, ne fieret redundaans ad corpus, sed solum secundum quid. Et ideo talis raptus aliquomodo ad prophetiam pertinet. Ita D. Thomas.

X. Replicabis. Saltem sequitur, quod circa ea, quae vidit, non poterit amplius habere fidei actum, cum ea se vidisset potest amplius habere fidem de existentia Romae.

XI. Resp. neg. seq. quia visio non mansit in Paulo, neque habitualiter, sed, ut ait D. Th. loc. cit. art. 4. ad 3. Paulus postquam cessavit videre Dei Essentiam, quomodo fuit illorum, quia in illa visione cognoverat per aliquos species intelligibiles habitualiter ex hoc in ejus intellectu retentas: sicut enim abente sensibili remanent aliqua impressiones in anima, quae nostra confertens ad phantasmas memoratur. Unde nec terram illam cognitionem, aut cogitare poterat, aut verbis exprimeret. In quo apparet differentia ab eo, qui Romam vidit: hic enim statim perdit fidem, quia unico visionis actu producta fuit in illo cognitio habitualis certa, et evidens de existentia Romae, excludens habitum fidei circa illam.

XII. Quares, quo tempore contigerit Paulo praefatus raptus, cum dicit contigisse ei post annos quatuordecim, 2. Cor. 12.

XIII. S. Th. lect. 1. super diff. Cap. 12. 2. ad Cor. probabile putat, raptum Paulo contigisse in principio suae conversionis. Verba ejus sunt. Et ideo quidam dicunt fatis probabiliter, quod Apostolus has visiones habuit in illo raptu, quo post praedicationem suam a Domino fecit, neque videns, neque manducans, neque bibens (Act. 9.) Commemorat autem tempus suae conversionis Apostolus, ut ostendat, quod si a tempore suae conversionis tantum erat gratia Christo, ut talis sibi ostenderet, quanto magis post quatuordecim annos, cum praesente et in auctoritate apud Deum, et in virtutibus, et gratia? Hucusque D. Thom. Pauli contigisse ait, anno quadragesimo quarto Christi, Claudi vero secundo, quo Paulus, moerente Spiritu Sancto, congregatus fuit in Evangelium Christi, ut habetur Act. 13. vers. 2. et 3. tunc enim Apostolus mutare insignitus, visionibus ad illud digne obendum munus fuit illustratus.

XV. Verum Natalis Alexander in Comment. cap. 12. 2. ad Cor. censet, raptum hujusmodi ad annum post Apostoli conversionem octavum referendum esse scilicet ad annum Aerae nostrae vulgaris 43. postquam, excitato Lystriae tumultu, Paulum